



Politicorvm Libri Decem

Contzen, Adam

Colonia, [1621]

Cap. XXIX. Ex eo, quòd dicatur Antichristus fore in concupiscentijs
fœminarum, non rectè Pontifex accusatur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95437](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95437)

rum se Christum esse. Theodor. 2. Theff. 2. Nominabit se Christum. Nullo igitur modo effert se supra omne creaturam, quod etiam peruersè interpretantur Lutheranorum rudiores, dum volunt significare cultum, quos bene refutant Caluinistæ dum nomen vertunt.

Nequaquam nomen est, non cultus.

§. 12. Nec aduersus Deum deorum consurget, aut magnifica loquetur, seu *ἐπεὶ γὰρ* valde sumida, vt habent 70. quod in hebræo *נִפְלֵאוֹת* niphleoth est, hoc est mirabilia. Dei enim opera mirabilia proficitur, & eius omnipotentia docet omnia constare. Testor omnes & Catholicos & hæreticos, nunquam de Dei maiestate, potentia, bonitate, personis accuratius esse doctum & scriptum, quam ab illis qui in Papatu vixerunt, & viuunt. Libri ipsi loquuntur. Cur igitur viri tam multi tam docti, qui infinitissimam Dei naturam ita scrutantur, & tam multa cognoscunt, ferre Papam possent, si Deo se quocunque modo anteponeret, aut æquaret? Aut quomodo Papa ex Theologis assumptus suæ imbecillitatis memor eo se erigeret, unde cum non modo scripta Theologorum, sed regum etiam gladii detraherent? Quod si Papam genibus nixum, aut humi stratum orantem audirent, miserere mei Deus, &c. Si consistentem peccata sua, & flentem viderent, an adhuc de *ὑποτάξει* negotium illi facerent? Confirmatur illa eadem ratio. Et Deum patrum suorum non reputabit, Hebræus textus *עַל אֲלֹהֵי אֲבוֹתָיו* *ghal elohé abotau lo labin* super Deos patrum suorum non intelligit, *ὅτι πάντες τὸς θεὸς ἴδον* *patres eon ē sunthei*. Nec hoc tantum, sed nec quempiam deorum curabit, quia aduersum vniuersa consurget.

Papa patrū Deum colit.

Nullum siue verum siue fictum Deum curabit Antichristus, sed aduersus omnes Deos *לִישְׁגַּדֵּל* *lish-gaddel*, se magnificabit. si hoc facit is, qui proprie est Antichristus, hoc est regnum Papæ, aut regni caput, hoc est ipse Papa, id saltem agant, ne nos multiplicis idololatricæ accusent. Si enim nullum Deum curamus, non igitur sanctos facimus Deos.

CAPVT XXIX.

Ex eo quod dicatur Antichristus fore in concupiscentiis sceminarum non recte pontifex accusatur.

Antichristi castitas.

§. 1. IN Hebræo textu anceps est locutio, *וְעַל הַמְּדָה נָשִׁים וְעַל לֹא אֱלֹהֵי יִכּוֹן* *veghal chembda neshim, veghal lo elohé iabin*, super concupiscentiis sceminarum, & super Deum non intelligit. Græcus textus aliud nō habet, de hac nota Antichristi, quam *καὶ ἐνδοξία γυναικῶν*, & concupiscentia mulierum. Ita hodierna lectio. Sed aliter habuisse 70. ostendit D. Hieronymus, cuius verba ponenda sunt. Pro eo quod nos interpretati sumus, & erit in concupiscentiis sceminarum 72. translulerunt, & concupiscentiis sceminarum non subiecit &c. Quia vero in Hebræo pro eo quod nos diximus, & erit in concupiscentiis sceminarum, ambigue positū est, dicente Aquila, qui verbum expressit ē verbo *καὶ ἐν δόξῃ τῶν πατέρων αὐτῶ ἐ σὺνθεῖ, καὶ ἐνδοξία γυναικῶν*, & ἐν δόξῃ τῶν πατέρων αὐτῶ ἐ σὺνθεῖ. quibus verbis intelligitur eum habere concupiscentias sceminarum & non habere, si intellexerimus *ἐν δόξῃ*, super concupiscentiis sceminarum non intelligit. De Antichristo facilius interpretatio est, quod ideo simulat castitatem vt plurimos decipiat. Si autem legimus: & super concupiscentiam sceminarum, vt subaudiatur, erit, Antichri persona magis coaptabitur, qui luxuriosissimus fuisse dicitur, & in tantum dedecus per supra & corruptelas venisse regia dignitatis, vt mimis, quoque & sortis publice augeretur, vt libidinem suam populo presente expleret.

Si itaque de Antiocho intelligitur, satis intelligitur monstrum illud fuisse supra omnes alios *γυναικῶν*

μυέρ, & mulierosissimum, & non modo prostituta pudicitia, sed etiam pudoris, testantur historiae. Frustra igitur sunt, qui hoc de crudelitate interpretantur ex 2. Macc. 5. 13. Nam ne mulieribus quidem percit: vertuntque, & ne ad teneritudinem sceminarum quidem attendet; semper enim atrox visum est, esse crudelem in sceminas,

Nullum est enim memorabile nomen

Feminea in pena, nec habet victoria laudem.

Sed ad rem quod attinet, *חַמְרִי* *chamadi* non est teneritudo, sed desiderium, pulchritudo, & non intelligere super desiderium, est non desiderare, sic & Iob. 3. 1. *וְיָמָה אֶתְכַבְּרִי עַל כְּחוּלָּהּ* *vma Ethbonen ghal Bethula?* Vt quid me facere intelligere super virgine?

Mihi sententia Pererii & aliorum non displicet, vt illud; super desiderium mulierum, separatim ponatur, & sit subaudiendum *חַמְרִי* *hu* vel *יְהִי* *ihie*, ipse, vel erit: quomodo etiam Græci & Hieronymus exponunt. Nam primo, omnium etiam hæreticorum est sententia, Antichristum libidinosum futurum, & quamuis initio castitatem simulabit, mox tamen Antiochum suum ad viuum exprimet, & equis præcurret albis. Secundo ex Apocalypsi ostenditur eius lasciuia. Tertio, non obstat crudelitas, nam qui crudelis est, ille & in venerem putris est, & qui libidinosus etiam crudelis, nam sunt vtriusque affectus signa physiognomica non diuersa. Denique diaboli instrumentum erit, quod non crediderim castum, & purum fore. Id præcipue cum Antichristi præcursores veteres & noui, venerei nepotes se vltro infamarint, Lutherum libidines transuersum egerunt, Carolstadius primas nuptias iniit, Caluini trigmata, Beza paradigmata nota sunt, Ochinus Polygamiam instituit.

Antichristi effusa libidines.

Antichristi præcursores libidinosi sunt.

§. 2. Obiciunt Iubilantes ex Pouello not. 18. 27. Papam vetare nuptias, & adiciunt permittere eum scortationes. Exempla adferunt.

Respondeo. Matrimonium nulli prohiberi, nisi qui voto se castitati obstrinxit. Fidem castitatis Christo datam irritam non licet facere. Adulteria & scortationes grauiter inhihet. Sententia Papæ variis locis proponitur, mihi sufficit causa 17. quæst. 1. cap. 20. Nubendi licentia quibusdam tribuitur: illis videlicet, qui virginali, vel vidualem castimoniam nequaquam professi sunt, quibusdam autem non tribuitur; illis videlicet, qui virgines, vel continentes esse decreuerunt. Fornicatio autem nulli impune conceditur. & c. 21. Meliore proposito lapsas, si nupserrint, sceminas à castitate sanctiori, qua vouerunt Deo, adulteris esse peiores manifestum est.

Nuptias Pontifex nō vetat, vtrō castitatis obstrictus, se libertate illa priuauit.

De toto genere videantur canones causæ 32. q. 4. item q. 5. 6. 7.

His enim matrimonium laudatur, adulteria, scortationesq; vetantur. At Pontificum nonnulli impure vixerunt. Negare non possum; nec ad Ecclesiæ defensionem est necessarium. Non tamen ideo ministri excusandi. Qui ita argumentantur: Pontifex aliquis est scortator, Antichristus est scortator, ergo Pontifex est Antichristus. Quis enim non videt, hæc talia in multos eorum magnates conuenire? Quis miseram consequentiam non videt fertula castigandam? Si enim vbi regum aut principum aliquis deliquit, mox regnum est infamandum Antichristianismo, nihil toto orbe sincerum est. Editæ enim regum aut principum innocentium seriem; etiam eorum qui à vobis docti non sunt, legem de adulteriis seruati non posse. Si ad rationem res veniat, vincemus. Ad exempla respondeo. Quædam esse perspicue falsa, vt de Gregorio 7. aliisque, alia ab inimicis ficta. Quorundam ante Pontificatum licentiorum vitam fuisse, in summa dignitate correctam esse. Summum sex aut octo fuisse, quorum in tam sancta functione vita improba fuerit, de pontificibus loquor, nam pseudo-papas nihil moror, non magis quam Iasonas, & Melaeos,

Adulteria, scortationesque vetantur.

Principum peccata non continuo regnum faciunt Antichristianū.

Pontifices
pauci mali.

nelaos, qui veterem Ecclesiam turbant. Maxima gloria Ecclesiae est, iam ducentos & triginta septem numerari Pontifices, inter eos tres & triginta continuos martyres esse, exsequentibus tot martyres, tot sanctitate, & doctrina illustres, ut ne inimici quidem pro triginta castis, vnum impudicum ex eis nominare possint, & quidem omnibus omnium temporum calumniis adiuti. Regnum, principatum, comitatum mihi date, in quo tam multi boni, tam pauci mali. Scio non posse id a vobis fieri. Hæc est tamen peruersitas generationis adulteræ, geniminum viperinorum prædicantium, quorum mendacia damnationem habent, ut quæ ipsi faciunt, aliis imputent. Quis vero miretur de priscis illos fingere, qui in præfentes, scientes, volentes omnia fingunt? omnes Alexandrum sextum improbum quidem sed qui plura, quam fecit mala audire coactus est, in mediū producant. Sed cur alios omittunt, quos eximie laudant historiae, cur suorum scelera non meminerunt?

CA P V T XXX.

Deus Maozim non est sacrificium Missæ.

Deus Maozim apon-
tifice nō co-
latur.

§. 1. **V**ers. 38. & 39. ita describitur ille Deus, Deum autem Maozim in loco suo venerabitur, & Deum quem ignorauerunt patres eius colet auro, & argento, & lapide pretioso, rebusque preciosis, & faciet ut munit Maozim cum Deo alieno. Hebraeus textus habet, והאלהים על כנור *veeloha Maghut-zim ghal canno*. Deum Maghozim in loco, vel throno suo 70. vertunt דֵּיּוּן יִשְׁרָאֵל *Deum fortissimum*, Aq. דֵּיּוּן יִשְׁרָאֵל *Deum fortitudinum*, alii tamen legunt, דֵּיּוּן יִשְׁרָאֵל *Deum fortem*.

Deus munitionum.

Versum 39. sic vertunt Græci, καὶ ποιήσει τοῖς ὅπλοις αὐτοῦ κατὰ φύσιν πῦρ, & faciet munitionibus refugorum cum Deo alieno. alia lectio: καὶ ποιήσει τοῖς ὅπλοις αὐτοῦ πῦρ, & faciet ut firmet munitiones cum Deo alieno. Lutherus vertit: Aber an desß statt wird er seinen Gott Mauszim ehren. & in v. 39. Und wird denen die ihm helfen stärken Mauszim / mit frembden Gott. Vbi quidem in vers. 38. sine intelligentia linguæ hebrææ והאלהים *ghal canno* vertit, an desß statt loco eius, cum expresse sit, super loco eius, vel super loco suo. In vers. 39. si in verbo למבצר *lemibkere*, puncta mutauit, ostendit ead scripturæ essentiam non pertinere. Sensus verborum est; Fore ut Antichristus Deum Mausim, munitionum colat, Deum nouum quem veteres ignorauerunt, has autem munitiones firmabit cum Deo alieno; nam in munitionibus collocabit homines impios & superstitiosos, in illis colent ipsum diabolum. Nec mirum est eum nullum colere, & hunc tamen colere. Nam magus futurus est, se pro Deo palam venditabit, ut olim impii reges fecerunt, sed quia vtetur ope demonis, eum horrebit, & clam colet, etiam familiaribus eius in eadem Dæmonolatria occupatis.

Antichristus palam
non colet
Deū, clam
demonem
adorabit.

§. 2. Varie tamen interpretantur; Scholia Græca. τὸν θεὸν τὸν ἰσχυρὸν, ὃν ἀποποιήσονται οἱ ἰουδαῖοι σέβασθαι, ἐν τῷ ναῷ δοξάζειν, ὅπως εἴς ἀπὸ τῶν τῶν ἰουδαίων ἀνίστη. Deum fortem, quem Iudæi se colere simulant, in templo honorabit, quem quidem ipse ad decipiendos Iudæos erigit. Ita & alii, nam Deus verus dicitur in scriptura Deus fortitudinis. Psalm. 26. 1. & Psalm. 30. 3. Ita Hæretici Bruchthonus, Iunius, Tremell. qui vocant Deum Israelis. Theodoretus ipsum Antichristū dicit Deum Mausim, futurum enim ut se ipse glorificet, nam δῆσται est in græco, & דָּבָר *iecabed* in Hebræo. Neque hoc mirum, olim tantæ infantiæ fuisse exempla, Caligula se cum Deum fecisset, ipse sibi sacrificabat.

Caligula
Deus, & ipse sibi sa-
cerdos.

Lutherus in not. marginali vocat, Deum presidium, sed in præfatione. Deum munitionum asserit, esse in templis, in monasteriis, quæ sunt instar arcium, & munitionum, collegia, inquit, Pape seruiunt. Speciatim autem voluisse dicere Deum missæ, sed indignatione fregisse vocabulum missæ, & vocasse Mausim, munire autem Maozim esse curare omnia, quæ ad missam pertinent. Strigelius Lutheranus Maozim esse omnem cultum idolatricum, adorationem Eucharistiae, prohibitionem coniugiorum.

§. 3. Dicendum est, primo. Non esse Deum verum Israelitarum: nam aduersus illum Deum, aduersus Deum Deorum confurget. Non igitur eum venerabitur.

Maozim
non est ve-
rus Deum.

Secundo. Non est ipse Antichristus, quia eum colet auro, argento, quo modo se ipse nequaquam colet. Deinde scriptura loquitur de Antichristo, & Deo illius tanquam de diuersis.

Nō ipse An-
tichristus.

Tertio. Non est sacrificium Eucharistiae, seu Christus in Eucharistia, vel, in missa. Quia non colitur in munitionibus, sed in omnibus templis, in plateis, deinde Christum sic coluerunt patres nostri. Tertio. Antichristus publice ipse supra omnem Deum colitur, non igitur publice Christum sibi Deum esse dicit.

Christus nō
soli munitionibus co-
latur.

Quarto. Deus Maozim non sunt ieiunia, cælibatus, & similia. Primo, quia hæc sunt cultus Dei, at Maozim est ipse Deus, quod si Deus Maozim dicitur Deus munitionum, seu fortitudinis, inoptissima est interpretatio, si Deus fortitudinum, dicitur, Deus delectus ciborum, cælibatus, & similitum. Secundo. Quis cælibatum & ieiunia colit auro, & argento, & rebus preciosis: sic epulæ, & thalami coluntur. Tertio. Virginitas cæstus, & vota castitatis iam olim in Ecclesia visitata sunt, & multa ieiunia, non sunt ergo noui dii quos non nouerunt Patres nostri. Non ergo Deum Maozim Papa colit, vel munit.

Maozim
nō sunt ieiunia, &c.

Est igitur Deus ille, Deus quem virum, & potentia suæ auctorem conservatoremque Antichristus arbitratus cum suis colet magna cura, & sumptu, idque in locis munitis, in locis thesaurorum. Sacrificium iuge, agnus immaculatus tantum abest à Maozim, quantum Christus à Belsal.

CA P V T XXXI.

Reges Austri contra Papam pugnaturi non sunt.

§. 1. **V**ers. 40. Et in tempore præfinito præliabitur aduersus eum rex Austri, & quali tempestas veniet, aduersus illum rex Aquilonis, veniet contra illum rex Aquilonis in carribus & equis: & in classe magna, & ingreditur terras & coneret & pertransiet, & introibit in terram gloriosam, & multi corruent, hæ autem sola saluabuntur de manu eius, Edom & Moab & principum filiorum Ammon.

Plerique ministrorum hæc verba, & sequentia omittunt, quia nullo modo Pontifici accommodari posse vident. Quia in re conscientiam cauteriatam penitus produnt. Si enim huic regi attributa non conueniunt Papæ, quo ore cætera illi attribuunt? Sed tamen nunc inuentus est, qui se opponeret, & etiam hæc ipsa in Pontificem dicta assereret, est vero Paulus Laurentii, qui in præfatione copiam sapientiae sibi, ex veritate non ex humilitate deesse fastus, alterius prædicantis, qui conciones eruditas appellarat, elogio stulte credidit, & euulgauit. Audire igitur delirum iuuat. pag. 38. Tertio dicit Angelus apud Prophetam de casu huius idolatriæ, qualem finem habitura sit, nempe cum pompa & fastus illius in fastigio erit, cadere incipiet & in nihil abire, de quo textus ita habet: Rex Austri aduersus eum præliabitur, & rex Aquilonis veniet contra eum.

Priscia ar-
oratoris est,
qua soluere
nō possunt,
dissimulare.

Hic audi-